



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Apollinis Judicium politicum in Monteparnasso Contra Monarchiae sectatores**

**Boccalini, Traiano**

**Messinae, 1671**

Aliqui populo ad alterius exemplum proponuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13233**

vitarent molestissimum leucarum vocabulum. Sed quantum ad recuperatam mentem, beneficium id omne tribuendum esse magnanimo & semper victorioso Regi Henrico IV. qui luce suæ virtutis aperuisset primum oculos Gallis, turpiter occæcatis hypocrisis Hispanica; quamvis Hispani, primi deplorandæ ejus tragœdiæ Gallicæ auctores, lucentibus & desideratis suis aureis duplicibus tantum jam in Gallia profecissent, ut stultos pariter, & sapientes, ad insaniam redegerent.

*Aliqui populo ad alterius exemplum proponuntur.*

**M**irè displicuit Apollini cum audiret, plurimos seculi hujus principes ad debellandos suos hostes non aperto Marte, sicuti prisca consuetudo fuit heroibus, sed fraude uti: & hac sola instructos tantum illos præstare exercitu, ut cum dimidia ejus potentiæ parte

va-

valeant summa præstare facinora. Hi  
 est, quod arma, quibus hi præcipue  
 muniant, adversus hostes suos, sint  
 doris plena, solumque idonea corrup  
 pendæ fidei subditorum, & concitant  
 ad rebellionem nobilitati. Itaque, ut  
 viam iretur rebus adeò confusis, turb  
 tisque, anni jam sunt triginta præter  
 pti, ex quo Ser. Regia Majestas ju  
 hos miseros, Comitem S. Pauli, Pr  
 cipem Arausionensem, & Ducem Gu  
 sæ rhedâ scelestorum à Johanne Lo  
 tinio, hac in curia secreto præceptor  
 moralium notario, deduci sub port  
 templi Delphici; ex quo tres isti  
 mi principes, cum suis manibus, qu  
 habebant sine digitis, & usque adeo tu  
 piter laceratas, ut viderentur à canib  
 dilaniatæ, à Lottinio populo ostend  
 bantur ingredienti, exeunti que templ  
 quem alta voce ita affatus est; Fidel  
 simi viri, devoti bonis literis, ac sanct  
 simorum præceptis, ex incommod  
 adeo deplorandis infelicium horu  
 pri

principum, qui privati integritate manuum suarum (quam Deus vobis conservet) exemplum capite, & discite, quanti sit periculi futurum, si patiamini eo vos adduci credulitatis, ut è latebris suis cancos propriis effodiatis manibus alienum ob commodum.

*Planum facit, ministros Hispanicos esse  
lucri avidos.*

**A**Nte triduum, hora octava nocturna, videre erat, in regiam Hispanicæ monarchiæ, quadraginta invehit plaustra fœni. Quoniam id tempus non mediocrem continuo injecerat suspicionem Gallis, Venetis, reliquisque principibus, qui in perpetua agunt sollicitudine & suspicione, ob magnitudinem tam formidabilis principis; exacta diligentiam inquirebatur, quo certiores fierent, num sub fœno vehiculis istis apportato damnosas occultassent merces. Referebant exploratores, sub fœno abscon-